



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 66. Inaugurationis solemnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. **A.C. 1590.** semetipso experiretur, hinc relicto forensi strepitu, primo Abbas, ac demum cedente Friderico Cæſio Cremonenſis Episcopus ſalutabatur, qua etiam dignitate conſpicuus a Pio IV. ad Tridentinum Concilium decretus ibidem iis adhærebat Episcopis, qui reſidendi neceſſitatem ex lege divina Præſulibus impoſitam cenſebant. Poſtea ſuo animi candore, ac actionum integritate ſibi benevolentiam Gregorii XIII. conciliabat, a quo etiam Romana Purpura honoratus eſt eodem tempore, quo anno Chriſti milieſimo quingentieſimo octogieſimo tertio ſacrum Collegium tot Purpuratis auctum eſt, qui poſtea tanquam Pontifices Eccleſiam illuſtrarunt.

§. LXVI.

Inaugurationis ſolemnia.

Ciac. l. c.

Quamprimum Gregorius XIV. Pontificatum adeptus erat, mox Cardinalium unicuique mille aureos donari juſſit, ut expenſas durantibus comitiis factas reſarcire poſſent: inſuper in egena monaſteria largas eleemoſynas diſtribuit: demum die octava Decembris a Cardinale Auſtriaco, Conſtantienſi Episcopo, ac ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Archidiacono inauguratus eſt, ubi ad feſtivas populi acclamationes ſæpius ſubridere videbatur, quod tamen nequa-

quaquam insolenti lætitiæ, sed potius pravæ rictus diducendi consuetudini tributum, quamvis idipsum pluribus dicitur occasionem postea malevolis præbuerit, nihilominus sui Pontificatus auspiciis crebris beneficiis illustra reddidit, quippe dignitates, atque Officia a Sixto V. abolita restaurans Romanæ urbi annona, & frumento diu antea laboranti abunde subveniebat. Postea feria quarta die decima nona Decembris Paulum Sfondratum Pauli Sfondrati fratris sui Filium, licet absentem, Cardinalium Collegio adlegit, fratrem vero suum Sfondratum Comitem supremum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Belliducem nominavit.

Lucemburgicus Dux, qui tum apud Albertum Gondium Radefiarum Ducem diversabatur, mox cognita Gregorii XIV. electione, quantocius ad eundem literas dabat, ut neo-electi Pontificis animum exaggerata fœderatorum rabie, malisque in Francia concitatis sacro fœderi infensum redderet, atque hujus Pontificis patrociniū pro hoc Regno exoraret.

§. LXVII.

Concilium Tolosanum a Joyosa Cardinale celebratum.

H 4

Hifce